



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 151. Joannis Stephani Donghii Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

axiomata. Indulfit Clemens X. anno Sæc. XVII. sequenti die undecima Augusti plenam A. C. 1669. peccatorum remissionem cunctis fidelibus, qui aliquam hujus Ordinis Ecclesiam peractis solitis precibus in festiva ejusdem Sanctæ Virginis die visiterint.

§. CL.

Ludovici de Vandome Cardinalis obitus.

Hunc annum vitæ suæ exitialem habuit Ludovicus de Vandome ex Regia Borboniorum familia ortus. Hic uxore sua orbatus, Clericum induit, atque ad Ludovici XIV. Galliarum Regis preces ab Alexandro VII. Cardinalibus Diaconis adscriptus, Romam venit, iisque Sacris Comitiis, in quibus Clemens IX. ad Petri Cathedram assumebatur, interfuit, postmodum Roma in Galliam Apostolicus Legatus a latere decretus, vix exacto in Purpura biennio non sine veneni propinati suspicione Parisiis die sexta Augusti in viridi adhuc ac constanti ætate decessit, meliore fato dignissimus.

Eggs suppl. Purp. doct. pag. 604.

§. CLI.

Joannis Stephani Donghii Cardinalis extrema.

Hunc

Sæc. XVII.
A. C. 1669.

*Ciacon. in
vita Ur-
ban. VIII.*

Hunc paulo post eadem mortis necessitate sequebatur Joannes Stephanus Donghius patria Genuensis, qui humerioribus ac Philosophicis disciplinis in patria sua institutus, Bononiæ in Italia, & Salmanticæ in Hispania juris prudentiæ operam dedit, inde Laureus Romam contendens, profunda sua eruditione, atque inconcussa mentis integritate omnium oculos animosque in se solum convertit; quocirca Urbanus VIII. tanti Viri fama permotus eum Protonotarium, Cameræ Apostolicæ Clericum, ac denique Cardinalem renuntiavit. Nec otiose Donghius Purpuram gesserat; quippe ad foederatam Italiæ Principes Legatus plena ageret facultate instructus, pacem cum proximo Christianæ Republicæ emolumento feliciter confecit; Postea Ferrariensis, & Ravennatensis Provinciæ Legatus a latere non tam auctoritate profuit, quam beneficiis profuit, ubi maximum sui desiderium ob res bene gestas relinquens. Rexerat etiam Episcopus diversis temporibus Adjacentem in Corfica, Imolentem in Æmilia, & Ferrariensem Ecclesiam in Italia; tandem vero expletis omnibus boni Partibus hoc anno die vigesima tertio Novembris æternam laboris sui mercedem recepit.

S. C. L. L.